

*Non veni dare pacem, sed separationem.*

✠ Lécitio sancti Evangélii secúndum Lucam 12, 49-53

In illo témpore: Dixit Iesus discípu­lis suis:

- <sup>49</sup> «Ignem veni mittere in terram  
et quid volo?  
Si iam accensus esset!
- <sup>50</sup> Baptisma autem habeo baptizari  
et quomodo coartor, usque dum perficiatur!
- <sup>51</sup> Putatis quia pacem veni dare in terram?  
Non, dico vobis, sed separationem.
- <sup>52</sup> Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi:  
tres in duo et duo in tres;
- <sup>53</sup> dividéntur pater in filium et filius in patrem,  
mater in filiam et filia in matrem,  
socrus in nurum suam et nurus in socrum».

Verbum Dómini.